

numquam cum quarto Consulatu. Apud Josephum lib. xiv. cap. xvii. extant complura Caesaris rescripta in Judaeorum gratiam. Inter haec unum est, cui titulus iste praefigitur: Καὶ ὁ Καίσαρ ἀποκαταστήσας, ἀναστήσας τὸ πέναν, ἑστῆς τὸ ἐπὶ ἀναστήσας ἑστῆς ἀναστήσας... C. Caesar Imperator, Dictator iv. Cos. v. Dictator perpetuus. Sed mendosa est inscriptio. Nam Rufinus ita vertit: C. Caesar quater Imp. quinquies Cos. in perpetuum Dictator. Itaque verba illa, Dictator iv. aliena sunt. Sed vereor ut Rufini codex penitus expers mendii fuerit, cum legit Imperator iv. eodem anno, quo Cos. v. fuit. Quippe Consulatum v. gessit anno dccx. cum eo verò numerum veterum Inscriptiones Imp. vi. componunt apud Goltzium, & Occonem. Unus item apud Goltzium cum hac epigraphe visitur: IMP. QVIN. COS. QVART. Quare cum v. Consulata non convenit IMPER. IV. sed VI. Proinde apud Josephum suspicor duorum rescriptorum Caesaris inscriptiones diversas in unam coaluisse librorum vitio, vel pro Imp. iv. legendum VI. Ceterum postquam Dictatura in infinitum tempus Caesaris tributa est, nullo jam numero comprehensa fuit; sed perpetua vocata. quod Inscriptiones ostendunt anno dccx. edita. Nihilominus Dio Dictaturam v. nominat, & à quarta discernit. Verum quia nondum annus

- C. I V L I V S C. F. C. N.
C. I V L I V S C. F. C. N.
M. A I M I L I V S M. F. Q. N.
C. I V L I V S C. F. C. N.
Q. F A B I V S Q. F. Q. N.
M O R T V V S E S T. I N E I V S L.
C. C A N I N I V S C. F. C. N.
C. I V L I V S C. F. C. N.
M. A I M I L I V S. . . .

- C A E S A R I I I. M. A. . . .
C A E S A R I I I. D. . . .
L E P I D V S M. A. . . .
E O D E M A N N O
C A E S A R I V. S I N E. . . .
E O D E M A N N O
M A X I M V S I N M. . . .
R E . . . .
C . . . .

&c.

Eodem anno, quo Caesar Dictator III. fuit Magistro Equitum Lepido, docent quartum item fuisse Consulem, & eodem rursus anno, fuffectum Consulem Fabium; ejusque mortui loco Caninium: cum tamen hac omnia non eodem anno contigerint, ut ex iis patet, quae haecenus disputamus. Ad haec cum post C. Caninium subjicitur C. Iulius C. F. C. N. C. M. Aemilius. . . . Dictaturam, nisi fallor indicant quartam; quam eodem illo anno quo iv. Cos. fuit, adiit, ante Consulatum v. qui postea subjicitur. Ideo nec adversus sententiam nostram Capitolina ista fragmenta pugnant. Idem de Colontiana tabula dicendum est; quae post Caninii Consulatum, Dictaturam iv. Caesaris, inde Consulatum v. subjicit. Nam ante Consulatum v. & quidem anno dccx. Dictator iv. fuit, anno inveniunt secundo Dictaturae decennalis; quae in perpetuum subinde conversa, quarta nihilominus à quibusdam est numerata: licet alii à quarta distinxerint, ac perpetuam nominarint Dio verò quintam. quod minime reprehendendum fuit.

CAPUT LX.

De Solis defectione, qua civile Pompei, & Caesaris bellum antecessit.

INTEr alia portenta, quae civile Pompei Caesarisque bellum antecesserunt; Dio lib. xli. scribit Solem totum defecisse. & πέναν ἀνέμους ἐξέλασε. Sol penitus defecit. Hoc verò anno antecedente belli civilis initium accidisse significat. Cespit autem civile bellum anno ab Urbe condita dccv. Varroniano, Cornelio Lentulo, & Claudio Marcello Cos. Quare paulo ante hunc annum, id est anno dccv. eclipsis illa Solis incidit. nempe, ut ille scribit, ἀπὸ τῆς ἡμετέρας. Sanè ex Parisinis nostris tabulis invenimus maximam Solis defectionem anno illo Periodi Julianae, qui illum praecessit, in quem anni ab Urbe condita dccv. initium cadit. Etenim anno Periodi Julianae 4663. defecit Sol Martii Julianae vii. Sole secundum ἀπὸ τῆς ἡμετέρας motum Piscium gradum 15. peragrante. Nam vera luminarium conjunctio Romae in-

\* Lege hic ex Codice-Petaviano: in eodem centro, licet procul à descendente nodo.

secundus Dictaturae, qui ab Octobri anni dccx. inierat, expletus erat, ideo Dictatura iv. etiam anno dccx. à nonnullis est putata. quod in Fragmento Capitolinae tabulae videmus, in ea parte, quae triumphos continet. Ibi enim legitur: C. IULIVS C. F. C. N. CAESAR VI. DICT. IIII. OVANS A. DCC. EX MONTE ALBANO VII. K. FEBR. Triumphus Caesaris sextus, five ovatio contigit eo anno, quo Dictator iv. fuit. Ergo anno dccx. è ultimo; siquidem Januario accidit. Nimirum eadem Dictatura licet perpetua, tamen per annos est numerata, uti & Tribunitia potestas; quam, quia perpetua deinceps existit, à quarta distinxerunt alii.

Quamobrem in eo nos ab eruditissimis illis Faistorum Scriptoribus dissentimus; quòd Dictaturam tertiam in eundem annum incidisse credimus, quo Consul III. fuit: Dictaturam quoque quartam in eo cepisse, quo Consulatum quartum iniiit. quod Hirtii antiquissimi historici, aliorumque Scriptorum testificatione primarium inscriptionum auctoritate fulcitur. Quòd ad Capitolinas tabulas spectat, ex Dictaturis non iis annis, quibus inite sunt, adscribunt; quòd in eorum sine coeperint; sed insequentibus, quorum majorem partem occupant. Adde quòd mutilae sunt, & fortasse mendosa non carent, in iv. Consulatu Caesaris. Ita enim exhibent:

currit in horam 12, 51', 16". à media nocte. Vera autem hora 11, 53', 16". Apparens, hora 12, 40', 41". Latitudinis motus versus Signorum 5, 23, 2', 19". Apparens latitudo Australis 1', 16". Itaque propemodum \* in descendente nodo luminaria concurrerunt. Magna igitur eclipsis illa fuit: digitorum 10. Duravit horas 2, 57'. motu apparente. Initium ejus hora 11, 7', 41". Medium hora 12, 40', 41". Finis, & emeritio plena hora 14, 4', 41". Eius nos delineationem suo loco proferemus. De hac obscuracione Solis, praeter Dionem, Lucanum, & Petronium Arbitrum meminerunt. Non dubium est igitur, quin haec illa sit à nobis allata; non autem altera, quae annis postea xiiii. incidit, ante civile bellum Antonii, & Octavii Caesaris: quod miror eruditum Chronologum sibi persuasisse. Quocirca firmatae communi Chronologiae defectio ista Solis suum quoque momentum conferet. Ostendimus porro libro II. propter luxatum anni Romani cardinem; Januariam ad Octobrem ferè Julianum retro cessisse. Unde initium anni Varroniano dccv. cecidit in Septembrem, vel Octobrem anni Periodi Julianae 4664. Antecedens itaque annus, videlicet 4663. horribili Solis defectione instantes motus civiles nunciavit.

CAPUT LXI.

De primo anno Juliano, & anno Confusionis.

Nihil ex omnibus Caesaris actis praestantius, aut immortalis nominis fama dignius existit, quam Romani anni castigatio, quem adhibito Sosigene, alii-que Mathematicarum artium consulti, ad eam, quae Christianis hodie orbis utitur, formam redegit. Hac enim melior est nulla; neque ad popularem usum aptior; nec ullius hominis industria excogitari altera potest; quae cum tanta facilitate, & aequilitate, solarium conversionum modum propius attingat. De hujus origine, & institutione satis multa diximus initio lib. quartii: ubi & de anno, quem Confusionis vulgo nominant, accuratè

accuratè verba fecimus. Nunc utriusque tempus asserendum; ac primo loco posterioris, id est anni Juliani, quoniam inde prioris epocha dependet.

Est autem Juliani anni primordium investigare per facile. Nam propter ejus instituti celebritatem, nemo ferè veterum, qui quidem Caesaris historiam perscriberet, ejus memoriam omisit. Quare certissima testatissimaque est epocha primi anni Juliani; neque, quatenus ad artem Christianam refertur, controversiam ferè habet ullam: tamen, quod ad Caesaris Magistratus attinet, aliisque temporum notas, perperam à quibusdam consignata fuerit. Nos certis primùm & indubitatis argumentis annum illum stabilimus: tum Scaligeri, & aliorum errata castigabimus.

Annus primus Julianus optimè omnium à Censorino constituitur, in eximio illo libello de die Natali cap. xx. ubi ita scribit; C. Caesarem suo III. & M. Aemilii Consulatu perturbatum annum ordinasse, ac diebus aliquot interjectis, adeo ut ccccix. constaret annus ille, reliquos deinceps in viam ordinemque compulisse. Ex hoc anno, inquit, ita à Julio Caesare ordinato, ceteri ad nostram memoriam Juliani appellantur, eique consurgunt ex iv. Caesaris Consulatu. Quartus Caesaris Confusionis pertinet ad annum Urbis conditae dccix. Dio quoque testatur anno, quo Caesar III. Dictator, & Consul fuit, annum ordinatum & correctum fuisse: qui est annus Urbis dccviii. quo insertis aliquot diebus Romanus annus in ordinem revocatus est. Praeterea Censorinus cap. xxi. annum, qui Ulpium, & Pontianum Cos. habuit, ait esse ab Olympiade prima millesimum, & decimum quartum, à Roma condita nonagesimum nonagesimum primum; Julianum verò ducentiesimum octogesimum tertium ex die Kal. Januarii. Annus primus Olympiadis est Periodi Julianae 3938. Itaque si ad annos 3937. adjungas 1014. ultimus inibit anno 4951. Itaque annus 1014. Iphiti cepit à solstitio anni 4951. qui est aet. Christianae cccxxviii. Jam si ab annis 4951. detrahas cccxxxiii. relinquentur 4668. Igitur anno 4669. primus annus Julianus iniiit, qui est ante Christianam artem quadragesimus quintus. Rursus si de annis Urbis 991. deducas annos 283. relinquentur 708. Ergo dccix. Urbis conditae primus Julianus iniepit. Eodem modo, cum annus ille à Censorino designatus coeperit à Kalendis Januariis, quae initium anni Iphiti millesimi decimi quarti praecesserunt, inchoatus est labente anno Iphiti millesimo decimo tertio. Quare de mille tredecim annis, detrahe ducentos octoginta tres, reliqui erunt cccxxx. Igitur anno Iphiti dccxxx. labente, Kal. Januarii. iniiit annus primus Julianus, qui est annus tertius Olympiadis centesima octogesima tertiae aut sex menses inchoatus. Erat annus à Nabonassaro dcciiii. cuius Thoth incurrit in Septembris iv. feria vi. anno Periodi Julianae 4668. cyclo Solis xx. litt. D. Kalendae Januariarum anni sequentis 4669. est centesimus vicefimus dies à quarto Septembris. Ideo in ultimam Chociac incidit Kalendae anni primi Juliani, feria vi. cyclo Solis xxi. litt. GB. Luna xiv. anno mundi 3939.

Libro de confusione annorum, pag. 374.

Quamobrem Christmannus injurià Scaligerum arguit, quòd Neomeniam Thoth in iv. Septembris collocaverit, anno Nabonassari dcciiii. quòdque Kalendas Januariarum, à quibus primus annus Julianus sumptit exordium, in ultimam Chociac incidisse scribat. Putat enim in primum diem Tybi congruere. Sed erroris illius, ac falsae reprehensionis fontem ipsum patefecimus libro I. cum adversus eundem Christmannum disputavimus. Hic enim bisextilium annorum feriem mirifice conturbat, ac suisque de qua tempora permisceat. Proinde verus est Scaligeri hac in parte characterissimus. Sed cum ad Periodos Olympicas, & Atticas eorumque menses nos revocat, nequaquam audiendus est. Sunt enim ista commentaria.

Novilunium medium eodem anno contigit Romae hora septima, 6', 35". post meridiem Kalendarum, ut Paulus Forfempromontis refert. Julingensis verò hora sexta, 44', 55". Annus idem Judaici computi numeratur 3716. cuius Tifri character 7, 22, 1008. Septembris vi. feria i. cyclo Solis xi. littera D. anno Pars II.

Periodi Julianae 4668. addito caractere mensium quatuor, Neomenia Schebat incidit Januarii 2. Characterem enim habuit 7, 1, 940. feria vii. anno Periodi Julianae 4669. cyclo Solis xxi. littera CB. Hora itaque secunda \* post meridiem Kalendarum, secundum medios motus Judaicos, novilunium commisit est. At Romana consuetudine, quae diem à media nocte ad insequentem mediam computat, Novilunium istud Kalendis ipsis tribuitur. Unde Julium Caesarem Computista passim asserunt epocham anni sui Juliani in eum potissimum contulisse diem, in quem Neomenia lunaris incurreret; quòd & caput cycli Juliani constitutum ab eodem dicitant. Sed de Juliano cyclo disputatum est lib. vii. Vide & lib. iv. quae de eodem anno definita sunt.

Qui proximè Julianum primum antecessit annus, vulgò Confusionis annus appellari solet. qua de appellatione lib. iv. cap. i. diximus. Hunc annum Censorinus Caesare III. & M. Lepido Cos. notat, qui est Urbis dccviii. idque Dio ipse non minus designat. Hujus initium cadit in diem Octobris xiv. anni Periodi Julianae 4667. ac dies habuit cccciv. uti supra lib. iv. declaratum est. ubi quae diligenter exposita sunt, hoc loco non repetemus.

CAPUT LXII.

De hallucinatione Scaligeri in epocha anni Confusionis. Hirtii ex libro de bello Hispaniensi locus explicatur.

UM de anni Juliani primordium quoniam, ac certissimam sententiam amplexus sit Scaliger, nec minus rectè Confusionis annum in Periodi Julianae 4668. collocaverit; in hujus posterioris exemplo, quòd ex Hirtii, vel alterius commentario de bello Hispaniensi produxit, multum hallucinatus est. Verba sunt ejus. Caepit autem ille annus confusionis, quo tempore C. Caesar cum Cn. Pompeio Cn. F. bellum in Hispania gereret. Hoc minimè verum. Nam bellum istud Hispaniense gestum est anno illo, qui proximè Caesaris necem antecessit, Varroniano dccx. adeoque Juliano primo, Periodi Julianae 4669. quo Caesar Cos. iv. & Dictator item quartum fuit. Profectus est enim ad hoc bellum cum iii. Dictator esset, & designatus iv. exeunte anno; ut Hirtius, five quis alius auctor libri de Bello Hispan. testatur. Itaque mirifice deinceps argumentatur Scaliger, dum ex ejusdem auctoris commentario de bello Hispaniensi demonstrare nititur, anno ipso Confusionis, licet Romae intercalatum sit, hoc est Merkedonius mensis inculcatus fuerit, tamen in provinciis intercalatum non esse. Nam ridicula est omnis ista ratiocinatio; cum nihil certius sit, quam Hispaniense bellum, & res in eo gestas à Caesare, quas Commentarius ille deseribit, non anno Confusionis, quo intercalatum est, sed Juliano primo contigisse. Praeterea tametsi haec anno ipso Confusionis accidissent, nihilo magis argumentatio Scaligeriana procederet. Sic enim disputat. Scribit auctor ille, nocte, qua fuit pridie, quam Caesar Ventisponne oppidum oppugnaret, Lunam hora circiter sexta visam esse. Quia is auctor singulos dies, quibus quidque gestum sit, recenset ordine, à xi. Kal. Martii: ex ea dinumeratione clarè patet, eum fuisse iii. Kal. Martiarum. Erat annus xxxviii. Periodi Alexandriae. Neomenia Caesae xv. Novembris. Ut Luna oritur circa mediam noctem oportet ut sit vicefima secunda, aut vicefima tertia: nimirum vii. aut viii. Decembris Juliani. Itaque si Kalendae anni Romani coeperunt à xiv. Octobris, & non intercalatum sit, Kalendae Febr. concurrerunt cum xii. Novembris. Ideo iii. Kal. Martias viii. Decemb. Luna vicefima secunda: ut erat propositum. Non igitur intercalatum fuit. Sed praestat, ex illo Hirtii commentario pauca ordine Caesaris gesta complecti. Profectus est Caesar ad Hispaniense hoc bellum adversus Cn. Pompeii liberos, cum esset Dictator III. designatus iv. Ubi Hispaniam attigit, Ullam oppidum, quod Cn. Pompeius oppugnabat, praesidio munivit, Cordubae interim imminens. Post pag. 383. Attequam obsedit, cum inter hanc, & Uccubim Pompeius castra posuisset. Capta est Attequa ante diem xi. pag. 389. Kalend. Martias, & Caesar Imperator est appellatus: & 190. Pompeius pag. 394. pag. 393.

\* Emendabat Petavins: post initium noctis, quae diem Kalendarum excepit, secundum &c.



Seleucidarum dcccxl. Antiochenorum di. Erat annus Christi ccccxl. Opilione, & Vincomalo Coss. Indict. vi. ut prater Chronicon Marcellinus affirmat, cyclo Lunæ xvii. Solis xiv. littera D. Pascha xii. Apr. Dominica Sexagesima, Februarii xv. Itaque feria iv. moritur Pulchra. Scaliger insignem ait errorem in illo Chronici loco versari: biennio quippe minus dicere, cum annum Syromacedonum cum Antiocheno comparat. Verum levissimus hic error est, & in Syromacedonica dumtaxat epocha *μεταχρονισμός* est. Fuit enim revera tum annus Syromacedonum, dcccxliv. Etenim Christi annus ccccxl. est Periodi Julianæ 5166. detrahitur 4401. (Nam sequenti primus Syromacedonum inquit) restant 445. Proinde anno Christi ccccxl. cæpit ab autumno Syromacedonum annus dcccxliv. ante autumnum verò currebat dcccxliv. in Antiocheni epocha error nullus est. Si enim de 5166. deducas annos 502. (Quippe anno Christi ccccxl. cæpit ab autumno *χρονισμός* dicitur) reliqui sunt 4464. Proinde anno 4465. ab autumno cæpit annus primus Antiochenorum. Item pag. 760. Chronicon refert, mortuo Zenone, Anastasium successisse, & Aprilis coronatum esse feria 7. majore hebdomada, Indictione xiv. anno æræ Antiochenæ dcccxl. Hic biennio minus dicit. Erat enim dcccxl. Quippe fuit annus Christi ccccxl. quo Indictione xiv. Consul fuit Olybrius solus, auctore Marcelino: cyclo Lunæ xvii. Solis xiv. littera F. Neomenia Paschalis Martii xxvii. feria iv. Pascha April. xiv. Itaque coronatus est Anastasius, non Aprilis v. ut quidam putant, sed xi. nempe feria v. majoris hebdomadæ. Jam verò si annus Christi ccccxl. numeratus est Antiocheni *χρονισμός* annus di. circa vernalis tempus; additis octo & triginta, ut fiat annus Christi ccccxi. sub idem tempus, numerandus erit annus Antiochenus dcccxi. non dcccxl. Item pag. 764. mortuo Anastasio, imperium cæpit Justinus, Magno Consule. Indict. xi. quod & Marcellinus habet: anno *χρονισμός* d' *Αποστολίας* dxxvi. Julii ix. Eadem scribit Evagrius lib. iv. cap. i. Theophanes verò Indict. xi. Aprilis xi. mortuum refert, anno Diocletiani ccccxliv. Omnes ista temporum nota in annum Christi dcccxl. competunt. Fuit enim Indictio xi. & annus currens ab initio Diocletiani ccccxliv. cùmque Periodi Julianæ sit annus 5231. si Antiochenos annos subtrahas dxxvii. quia quingentesimus tricesimus septimus inquit anno Christi dcccxl. supererunt 4664. Unde sequenti anno primus Antiochenus inquit. Hæc ad muniendam Antiochenam æram satis esse videntur; quæ quidem demonstrant initium ejus cadere in autumnum anni Periodi Julianæ 4465. in quem annus Urbis confertur decv. Sed propter anni Romani Labem, Januarii anni decv. ab Octobri cæpit, ut libro iv. demonstratum est. Ideo primus annus *χρονισμός* cadit in annum Urbis decv. incuntem.

Quod verò Chronicon Alexandrinum refert vicefimo Maii, Antiochiæ libertatem, & *αὐτονομίαν* fuisse propositam; Cæsarem verò ex ante diem iv. Idus Maias imperium inivisse, & inde primum annum ab illis inchoatum, id sic interpretatur: Pharsalica pugna circa æstatem contigit. Nam paullo ante confictum maturas jam prope fegetes fuisse, testis est Cæsar ipse lib. i. Civil. *Ille fegetis idoneum locum in agris nactus, que prope jam matura erat, ibi adventum expectare Pompeii.* Fuerit hoc tempus circa exeuntem Aprilem, aut incuntem Maium. Tum enim in Thessalia, præsertim apricis in locis, prope matura fegetes esse possunt. At Pharsalica pugna contigit Julio mense, & quidem circa xiv. Kalendas Sextiles, ut suspicatur Goltzius; septimo mense, quam Brundisio solyerat. Januarii Romanus per illa tempora ab Octobri Juliano circiter inibat. Igitur Julius in Aprilem, vel incuntem Maium cadebat. Proinde Pharsalicus confictus duodecimo circiter Maii contigit. Post victoriam Cæsaris, Pompeius fugiens in Ciliciam, atque inde Cyprum pervenit, Orientem, Parthosque petiturus. Idem

\* Hæc ad hunc locum oræ Codicis sui adscripsit Petaviius: Evagrius lib. iv. cap. 4. ait severum fuisse Antiochi anno i. Januarii primi. Septembris mense, *χρονισμός* d' *Αποστολίας* 567. Hic est annus Periodi Julianæ 5231. Christi 518. Detrahitur 4664. restant 567. Rectè Evagrius, nam cap. i. lib. 4. ait anno *χρονισμός* 566. Panem 9. id est, Julii, Justinum purpuræ retinuit esse. Hic est annus 518. quo currebat annus illi *χρονισμός* 566. cæpit anno 517. Eodem ergo anno cæpit *χρονισμός* annus 567.

Cum in Cypro esset, (ait Cæsar libro iii.) cognoscit, *consensu omnium Antiochenorum, civitatemque R. qui illi, negotiarentur, arcem captam esse, excludendi sui causâ, munitisque dimissis ad eos, qui se ex fuga in finitimas civitates recepisse dicerentur, ne Antiochiam adirent. si fecissent, magno eorum capitis periculo futurum.* Quare statim à Pharsalica pugna, Antiochiæ gesta illa sunt, quæ Chronici Alexandr. auctor, aut is unde accipit, è publicis commentariis haurire potuit. Sed cum mensis in publicis Fastis adnotatus esset Artemisii lunaris vicefimus dies: postquam Julianus, & fixus annus introductus est; qui hanc historiam exciperent, ad Artemisium Julianum, id est Maium retulerunt. Quamquam lunaris Artemisii Neomenia non multum à Juliano Kalendaris aberat. Contigit enim anno Periodi Julianæ 4666. cyclo xi. Maii secundum. Ita xxi. Maii Antiocheni *αὐτονομίαν* à Cæsare sunt consecuti.

Quamvis autem Chronicon Alexand. pag. 448. refert, à xii. Maii anni primi monarchiæ Cæsaris æram suam auspiciatos esse; Indictionem autem à Septembri, nimirum antecedente æra: nihilominus ipsa ab Autumno itidem antecedente tam in eodem Chronico, quam apud Evagrium incipit, & quidem ab Octobri; certè post Septembrem. Quod enim à Maio vel æstate non incipiat ex eo colligimus. Anno Christi ccccxl. ut refert Evagrius lib. ii. cap. xii. Septembris mense currebat annus *χρονισμός* dvi. anno verò Christi dcccxl. ut idem refert libro iv. capite ix. Aprilis, erat in cursu dcccxl. annus ejusdem æræ. Tum anno Christi dxxvii. Julio, labebatur, annus *χρονισμός* dxxvi. ut scribit Evagrius lib. iv. cap. i. Si anno Christi ccccxl. annus Antiochenus dvi. qui tum fuisse dicitur, à Maio, vel Julio cæpisset, fuisset à Januarii in Maium annus dv. Ergo post annos lxx. inisset annus *χρονισμός* dxxv. à Maio, vel Julio, & dxxiv. à Januarii ad Maium decurrisset. Atqui anno Christi dxxvii. qui est sexagesimus nonus post annum ccccxl. Aprilis mense numeratus est dcccxl. æræ Antiochenæ. Hujus ergo primordium non à Maio vel æstate sumitur. Idem & ex Alexandrino demonstratur. Nam si anno Christi ccccxl. Februario ipso, annus agebatur Antiochenus di. anno utique quinto post illum, id est ccccxl. etiam Februario, annus Antiochenus putatus est dvi. Quare initium anni quingentesimi primi non cadit in annum Christi ccccxl. neque initium anni quingentesimi sexti in annum ccccxl. Sed anno proximè antecedente inquit. Jam verò si in anno Christi ccccxl. qui est Periodi Julianæ 5170. cæpit annus *χρονισμός* dvi. sequitur annum primum ejusdem æræ inchoatum fuisse anno Periodi Julianæ 4665. Quod autem non à Septembri, sed post ipsum inierit, ex Evagrjo colligitur. Etenim anno Christi ccccxl. quo inire debuit Antiochenus dvi. erat in cursu dvi. mense Septembris. Igitur ab Octobri cæpisse videtur: unde & Hyperbæretæ Syromacedonicis, & Antiochenus inquit, ut libro primo ostendimus.

Eusebius in Chronico sententiam nostram penitus confirmat: annum primum *χρονισμός* ab anno Periodi Julianæ 4665. esse repetendum. Nam ad annum Abrahami mcccclxxx. Olymp. clxxxii. primum, notat Antiochenos inde suam æram auspicias. Ostensum est alibi Eusebianam epocham ab Autumno cæpisse anni Periodi Julianæ 2697. Si igitur ad annos 1969. adjungas 2696. efficies 4665. à quo primum annum exordiri dixit æræ Antiochenæ. Item annus primus Olympiadis clxxxii. est Iphiti dcccxxx. & quoniam Eusebius annis utitur Syromacedonicis, vel Antiochenis ab autumno, Olympiadicus agone in finem anni ipsius popularis incurrit. Unde primus annus Olympiadum cæpit, ex Eusebiano calculo, ab Octobri anni Periodi Julianæ 3937. quare ad methodum annorum Olympiadicorum Eusebii, debent addi 3936. ut anni primordium habeatur. Itaque si ad annos 729. accedant anni 3936. confient anni 4665. ut erat propositum.

Idem

CAPUT LXV.

De anno, quo C. Cæsar in Senatu est occisus: deque luminarium deliquis, quæ circa tempus illud acciderunt.

PARRICIDIUM illius horrorem non mortalium dumtaxat affecit animos: sed universitatem etiam omnem; elementa ipsa, ac coelestia, immortaliaque corpora pervasit. Etenim crebra per illud tempus, & inulitata prodigia passim existerunt: quæ Virgilius Georg. i. & Ovid. xv. Metam. poetico colore pinxerunt. Inter cetera lurido quodam infectum pallore Solem, Lunam verò sanguine perfusam celebrant. De Sole triti sunt Virgiliani isti versus.

*Ille etiam exstincto miseratus Casare Romam; Cum caput obscura nitidum ferrugine texit; Impiisque æternam timerunt sæcula noctem.*

Quinetiam Josephus lib. xiv. Orig. cap. xxii. Antonii Triumviri epistolam ad Hyrcanum Pontificem describit, datam post Philippense prælium, ac Bruti, Cassique cadem, in qua de conjuratorum scelere loquens: *si dicitur, quod non ante septem dies decessit. Sed quod non ante dies inerte non fuit Kalæna mensis.* Propter quæ Solem etiam aversum fuisse credimus: qui & ipse paratrum in Cæsarem facinus inivitum aspexit. De Lunæ Ovidius;

*Sparsi lunares sanguine currus.*

Hinc igitur amborum siderum defectiones in illud venire tempus, quo Cæsar interfecus est, fuit nonnullorum opinio. Quæ res eruditos Mathematicos exercuit. Ac Julium quidem Cæsarem anno illo cæsum fuisse, quo Consul v. fuit Antonio collega; nec non Dictator v. ex Dionis sententia; supra demonstravimus. Ex quo & illud patuit, eundem annum editionis Julianæ secundum fuisse: hoc est quadragesimum quartum ante Christianam epocham: qui est annus Julianæ Periodi 4670. Urbis ex Varroniana putatione decx. Igitur anno illo, qui proximè antecessit eum, quo Cæsar occisus est, id est Juliano primo, maxima Lunæ defectio facta est Novembris vii. Nam vera lunæ defectio ex Parisinis tabulis incidit in horam à media nocte 2, 15'. apparenti tempore in Horizonte Romano. Latitudo Lunæ, scrup. 2, 52". Fuit ergo digitorum 20, Cæpit hora 0, 22'. Desiit hora 4, 8'. Itaque tenuit horas 3, 46'. At Solis defectio nulla penitus neque anno primo Juliano, quæ secundum do contigit. Quamquam Gerardus Mercator affirmet illo ipso anno factam esse, quo Cæsar occidit Maii xxvii. Sole in gradu Geminorum tertio consistente: quem annum numerat Urbis dcccviii. Nabonassari dcccvii. cùm latitudinis motus esset à Boreo termino 268, 22'. hoc est Signorum xi, 28, 22'. Unde latitudo Lunæ colligitur scrupulorum circiter 8.

Sed hæc Mercatoris ratiocinia falsissima sunt, & ab ipso conficta. Annus hic erat primus Julianus; Periodi Julianæ 4669. quo media conjunctio Romæ contigit Maii xxviii. hora 9, 23'. Romæ, post medianam noctem. Vera sub horam 1, 3'. à meridie. Apparens denique hora 1, 29'. Medius latitudinis motus Signorum 0, 12, 25, 7'. tempore mediæ syzygiæ. Verus autem tempore apparentis, 0, 12, 40, 29'. Latitudo vera, scrup. 65, 23'. apparens, detraçta parallaxi, fit scrup. 45, 53". longè major summa semidiametrorum, quæ est 29, 20". Quare nulla potuit esse defectio. Non dissimilis ex Prutenicis calculis ratio colligitur. Quod si motus latitudinis, qualem falsò Mercator computat, & australis, non boreus esset: parallaxis latitudinis ad australem latitudinem adjuncta majorem semidiametrorum summâ latitudinem apparentem faceret; aut certè pusillo minore. Ideo vel nullam, vel exiguam Solis particulam Luna perfringeret.

Nulla igitur anno primo Juliano solaris eclipsis in Italia contigit. sed nec anno secundo, quo Cæsar interfecus

\* Lege ex Codice Petaviano, quadragesimum septimum.





154 Sabbatici exordium intercessit. quod Nova Chronologia definit. Neque vero aliud indicant ea Josephi verba, quae ex lib. xv. cap. i. retulimus. Non enim longo intervallo post expugnatam urbem calamitates illae contigerunt; sed eodem anno; quo videlicet ager incultus erat, neque sementem fecerant. Anno, inquam, Periodi Julianae 4677. cum Junio mense capta esset urbs, quod reliquum fuit ejus anni, & bona sequentis parte, penuria laboratum est, donec messis nova succederet. Quod autem Josephus dicitur dicitur, hoc non est instare: sed in cursu jam esse. Quippe tempus est plus quam perfectum, quod jam inisse demonstrat. & evenerunt frequenter usurpat auctor ille pro eo quod est inire, & jam advenisse. quod & passim fieri solet. Jam quod ad mensem attinet, quo Hierosolyma capta sunt; quem tertium Josephus nominat: non recte meo judicio tertium oblationis mensem Nova Chronologia nominat. Etenim ex orationis serie constat, tertium ordine mensium ab Josepho censi. τῆς τριτοῦ μηνός, inquit, οὐκ ἔβη τῆς Ἱεροσολυμιτῶν πόλεως, ὡς ἔλεγε τὸ ἄνω Μάρκος ἡ Ἰσραήλ, ἢ τὸ Κανθίσι Γάβρα, ἢ τὸ ἐπὶ Ὀλυμπιάδου, τῶ ἧ μνη, τῆ ἰοετῆ ἢ ησθίας. Ea calamitas Hierosolymitanae urbi contigit Coss. M. Agrippa, & Caninio Gallo Olympiade CLXXXV. mense tertio, in festo jejuni. Mensis hic tertius de oblationis tempore nullo modo potest accipi. Subjicit deinde, velut fato quodam eodem die ac mense ante xxvii. annos à Pompeio fuisse captam. Et sanè cap. viii. ejusdem libri ita loquitur: ἢ τὸ ἀλλόθεν ἢ πόλεως ἀπὸ τῆς πόλεως ἢ ἡσθίας ἢ ἡμέρας, &c. Cap. ubi circa tertium mensem, die jejuni. Quae loquendi ratio mensem anni tertium, non oblationis utique designat.

CAPUT LXIX.

De cyclo lunari Romano.

USEBIUS in Chronico, ad annum Olympiadis centesima octogesima sexta tertium, Herodis decimum, haec adscripsit. Luna secundum Romanos cursum invenitur. Quae quidem verba Pontacus in iv. Manuscriptis non exstare testatur. Scaliger porro perpetuam Eusebium inculcat, quasi ad annum tertium Olympiadis CLXXXVII. ista posuerit. Nam ad tertium Olympiadis CLXXXVI. in editione ipsius, & Pontaci, apposita leguntur ad annum Abraami MDCCLXXXIII. qui inquit anno Periodi Julianae 4679. Ita Kalendae Januariæ post Autumnum, à quo Eusebii annus incipit, incurrit in annum Periodi Julianae 4680. Julianum duodecimum. Idem Scaliger Eusebianam illam notationem ita declarat. Anno Juliano duodecimo scribit Periodi Calippicae quartæ sexagesimum octavum annum incidisse, Alexandræ verò quartæ quinquagesimum, quibus Noemenia lunaris in Kalendas Januariarum incurrit. Ideo refert Eusebius Romanorum cursum lunarem ab epocha illa coepisse. Hæc Scaligeri conjectura tritum illud in ejus doctrina sumit; Calippicam Periodum à Romanis, ut & populis fermè omnibus, agnitam, & adscitam fuisse. quod in lib. i. & 11. hujus Operis sæpè redarguimus. Nam si Romani lunarem cyclum ab anno illo coepere, accuratiores utique motus sideris illius observarent; non Calippicos; secundum quos uno jam die in anteriora Noemenia progressionem fecerant. Anno Periodi Julianae 4679. inquit annus Judaici computi 3727. cuius Tifri caractere 6, 3, 852. feria vi. Septembris iv. cyclo Lunæ v. Solis 111. littera D. Ad dicit caractere iv. mensium, confiet caractere Sebath, 5, 5, 784. feria v. Decembris ultimo, id est hora undecima ferè post meridiem diei xxx. Quare Novilunium nequaquam in Kalendas Januariarum competeat, sed in pridie ejus diei. Quae cum ita sint; suspicor Eusebianam illam periocham, vel suppositivam esse; & ab alio, quam Eusebio, notatam; vel si est germana, nihil aliud velle, nisi circa hoc tem-

Fautus Epist. 11. T. 3. Bibliotheca Patrum agens de ccccxxvii. enim utraque ara exprimitur, nempe, τῆς. Ubi incertum an ara sit vernis Abrahami ait significare Jesu nomen & crucis signum, hæc noutrius, an ablativus.

CAPUT LXX.

De ara Hispaniensis, ejusque origine, initio, & usurpatione.

DE vocabuli origine, causisque capiendi ab epocha illa primordii, major hæcenus fuit, quam de epocha ipsa controversia. Nam explosa Joannis Gerundensis Episcopi sententia, qui xxvi. ante Christianam annis aram illam inchoari credidit, fixum illud, omniumque consensu stabilitum est, octo & triginta ante Christianam, sive Dionysianam epocham annis aram Hispaniam inchoari, qui est Julianus xv. Testatur hoc veteres omnes Inscriptiones, quæ in Hispania adhuc exstant; tum Conciliorum Hispanensium, nec non Africanorum tituli; aliæque monumenta vetustatis iisce notis insignita, quæ à viris doctis jamdudum producta sunt. Inter quos eruditissime de hoc argumento scripsit L. Andreas Refendius, Epistola ad Joannem Vafæum: in qua præcipua quæque de ara notavit, quæ Scaliger in suam disputationem transtulit. & is tamen in fine capituli se protulisse dicit, quæ à nemine antea producta. Atqui nihil ferè scitu dignum attulit, quod non ab Refendio, & ab aliis Hispaniarum maxime rerum Scriptores observatum jam antè fuerit.

Primum illud est de aræ nomine; quod à Sepulveda Cordubensi perpetram explicatum idem ille Refendius refellit. ipse autem aram nihil esse docet aliud, nisi notam numeri, vel supputationem: quod & Nonii Marcelli auctoritate, ac Lucilii apud eundem adstruit; & \* Fausti Regiensis lib. de Spiritu sancto. Quæ omnia Scaliger exscripsit. Alterum est, de causa epochæ illius; quid nimirum Hispanos adduxerit, ut ab anno Juliano viii. ante Christi primum tricesimo octavo aram suam aufpicarent. Scaliger existimat ideo ab hoc anno putare coepisse, quod superiore anno magna clade à Domitio Calvino sint affecti Cæretani Hispaniæ populi, ut auctor est Dio lib. xviii. qui id Coss. L. Martio Censorino, & C. Sabino contigisse refert. Sed hæc Calvini victoria non satis idonea ratio videtur, propter quam Hispania omnis temporum suorum titulum inde repeteret. Cæretani Vafconia populi sunt in extremis Hispaniæ sinibus, ad Pyrenæos. Ab iis ergo devictis, Hispanos omnes annorum suorum epocham aufpicari minime probabile est. Hoc cum Scaliger, ut videtur, ipse sensisset, pro Cæretanis apud Dionem Oretanos, vel Carpetanos scribendum putavit: ut in Hispaniæ gremium, & interiores populos Calvini victoriam transferret, quo Hispani ipsi notior, & ad memoriam, ac novæ temporum epochæ institutionem esset insignior. Sed depravare est hoc Dionis historiam, ac non curva, quod aiunt, sed recta corrigere.

Vetustiores Hispaniæ Scriptores aram ab aræ nuncupatam arbitrat sunt; quod Augustus descripto terrarum orbe, æs Reip. pendere coegerit. In hac refellenda ratione si quis hodie tempus terat; nihil nisi tudibrium erudito lectori debeat. Et tamen præ altera, quam ex Hincmaro profert Garcias Loisa, tolerabilis est: quem miror fragmentum illud Hincmari esse credidisse. Nam Hermanni Chronicon citat, idque ad annum usque millesimum quinquagesimum quarum perduntum asserit; cum tanto antè vixerit Hincmarus. Deinde quid absurdius, quam quod Heram (Ita enim pro ara scribendum admonet) ab Hera, id est nomine Junonis, sive aræ derivat? Ecce alius vir pignus

Filse ære mentio Chronico Eusebii innotuit.

Aræ mentio apud Idatium.

Page 40. Edit. Strm.

& eruditus ab aræ collatio vocis originem repetit, quod Hispania in triumphum Domitii Calvini dependere iusta est: quod tam copiosum fuit, ut inde publica Romæ opera instauranda curaverit. Sed ab aræ contributione aram appellari Latinitas non patitur. Nihil verius est, quam aram, supputationem, & summam significare, & cum ad tempora dinumeranda transferretur, idem esse atque computum. Nam præter Faustum Regensem, qui libro primo de Spiritu sancto, aram sive supputationem dixit; Idatius in Chronico sub finem, captos esse pisces in Minio flumine dicit Latini ararum numeris insignitos; id est cccxv.

L. Andreas Refendius, & Genesius Sepulveda aram ab eo anno coepisse produnt, quo primum Hispaniam ex Triumvirali partitione Augustus obtinuit: quod post annos quatuor, quam interfecit est Cæsar actum esse scribit Refendius. Si id verum est, cæperit ante Varoniano Urbis conditæ DCXIV. Juliano vi. ante Christianam aram quadragesimo, quod est contra hypothesein. Ex omnibus causis, quæ in re tam obicura comminisci licet; nulla verisimilior videtur, quam ab eo anno Hispaniam aram inchoari; quo Julianam formam admiserant. Cur octavo ac tricesimo potissimum ante Christianam epocham id egerunt, neque scitur; neque valde interest scire. Suspiciari possit aliquis, cum anno Juliano septimo, L. Marcio, & C. Sabino Coss. Senatui decreto Triumvirorum acta confirmata sint, ut refert Dio lib. xviii. inter quæ partitio Romani orbis fuit, anno proxime antecedente, Juliano sexto, ab Augusto, & Antonio denuo facta; ideo à Kalendis Januariis anni Juliani octavi tam annum Julianum, quam Augusti imperii epocham inuisse. Neque verò necesse est, ut statim ab institutione aræ titulo, ac vocabulo processerit. Id enim longo post intervallo contigit, exolefcente jam puriori Latinitate, quando ad temporum supputationem aræ nomen accommodari cepit.

Joannes Vafæus in Hispaniensi Chronico, cap. xxii. testatur se in Eusebiano Chronico Alcobacienfi, ad annum iv. Augusti adnotatum legisse: Hoc tempore, edito Augusti Cæsar, æs in tributum, & census dari jubetur, ex quo ara collecta est. quod cur in vulgatis Chronicis Eusebii desit negare se dicit. Sed hæc lacinia ab imperita & barbara manu temere est asuta; quæ merito nec in culis, nec in manuscriptis comparat. Scaliger vetustissimum omnium exstare mentionem ait in Conciliis Carthaginensibus; quibus ara præfixa est. Ex quo pugnat, Hispanorum, ut vulgò habetur, non fuisse propriam; sed cum Afris communem; imò verò cum Italis, & Gallis. Nam in Italia Leo aram epistolis subscripsit, & Gallicanis Conciliis eadem apposita legitur. Poterat longè antiquius exemplum afferre. Siquidem Nicæna Synodus ara cccxiii. notatur. Unde Græcis etiam, & Orientalibus tribuendam esse vis Scaligerianæ argumentationis efficit. Verum ab Isidoro Mercatore, vel alio collectore, & quidem Hispano, popularem gentis suæ computum tum Nicæno, & Carthaginensibus Conciliis inscriptum, tum Leonis epistolæ tricesimæ subscriptum, facile est conjicere. Nullam enim aliam ferè veteres illi, quam Consulatum notam apponere solebant. Tanti sunt singularia illa, quæ de ara Hispanica primus observavit Scaliger, ut ea gloriosus sit à nemine antea fuisse producta.

Qui aræ mentionem in illa notatione fecerit, vetustior Idatio legi neminem. Hic in Chronico scribit Honorio viii. & Theodosio Arcadii F. Coss. aræ cccclxvii. Alanos, Vandalos, & Suevos Hispanias ingressos esse, iv. Kal. Octob. feria 111. Deductis, ex methodo, xxxviii. superest annus Christi ccccix. quo se Barbari in Hispaniam infuderunt, cyclo Solis xxvi. littera C. adeoque 111. Kal. Octob. feria tertia. At Scaliger in Ifag. Can. lib. 11. malè id anno Christi notat ccccviii.

Rursum Idatius scribit ara quingentesima, vi. Non. Mart. in Gallicia lunam cruentatam esse visam. Era, inquit, D. vi. Non. Mart. pullorum canu ab occasu Solis Luna in sanguinem plena convertitur. Idem dies sexta feria fuit. Hoc duplici caractere designatur annus Christi ccccxii. cyclo Lunæ vii. Solis xxviii. littera G. Unde Martii 11. feria vi. Quo die Luna defecit. Ex Tabulis Parisinis Plenilunium verum Compostellæ in Gallicia Martii 11. hora 9, 15'. à media nocte. Pars II.

Initium eclipsis hora 1, 11'. ante mediam noctem. Finis hora 1, 39'. post mediam noctem. Duravit horas 2, 48'. digitorumque fuit paulò plus novem. Addit Idatius hunc annum currentem fuisse Leonis Imperatoris quintum. Quæ omnia eundem in annum Christi ccccxi. competunt. Nam deductis octo & triginta annis de quingentis, restant ccccxi. Sic indubitata est epocha Hispaniensis aræ. quæ xxxviii. annis vulgarem Christi aram antecessit.

Testatur idipsum disertè S. Julianus Archiepiscopus Toletanus in calce lib. 11. contra Judæos, ubi tempus, quo opus illud scribebat, ita circumfcribit. Era enim inventa est ante virginam & octo annos quam Christus nasceretur. Nunc autem acclamatur Era esse 724. De tractis igitur virginam & octo annis, ex quo era inventa est, usque ad natiuitatem Christi, residui sunt 686. anni. Quæ cum ita sint; mirum valde est, eruditum Chronologum Novæ veræque Chronologiæ cap. ccvii. per suasile sibi, Hispanicam aram xi. annis communem Christi epocham præcedere. Quæ opinio cum per se tot veterum, & omni exceptione majorum auctoritate damnetur: tum levissimis argumentis immititur. Primum illud est, cujus supra meminì, quod Joannes Vafæus in Alcobacienfi Eusebii codice testatur ad annum Augusti iv. adscriptum aræ primordium fuisse. Annus autem quartus Augusti quadragesimus est ante Christum. Sed appendix ista ab homine imperito, uti diximus, asluta est. Et, ut germana sit, nullo modo novam illam sententiam subleuat. Dicit enim anno demum Augusti quarto editum de aræ in tributum exigendo profectum esse: à quo ara deducta sit. Est autem contentaneum, uno alteròque post editum decretum anno, Hispaniensem aram, & computum inuisse. Annus Augusti quartus in Eusebiano Chronico inquit anno Abraami MDCCLXXXVII. Is ex methodo lib. ix. cap. 1. declarata, cæperit anno Periodi Julianæ 4673. ac majori ex parte in 4674. incidit, qui est Julianus vi. Ita biennio postea ara in Hispania putari cæperit ex mente Scriptoris illius.

Alterum argumentum ex Isidoro in Chronico sumitur. è quo sex, septemve loca profert: in quibus aram Hispaniensem ita cum rebus gestis certorum annorum comparat: ut ex eo concludi possit, annis quadraginta Christi aram præcedere. Atqui in eodem Isidori Chronico totidem ferè alia loca sunt, in quibus rectè, & ex communi sententia ara triginta & octo non amplius annis epochæ Christi prior est. Velut cum ara ccccix. cum anno Theodosii Magni tertio confertur, qui est annus Christi ccccxxi. Item cum anno xiv. Arcadii & Honorii, id est anno Christi ccccviii. comparatur ara ccccxi. Rursum ad annum Christi ccccxxxiv. sive Zenonis xi. applicatur ara dxxii. Tum annus Christi dvii. hoc est Anastasi xvii. conjicitur in aram dxlv. Ara quoque dliv. anno Christi dxvi. tribuitur. Postremo ara dlxiv. applicatur ad annum Justinii ix. qui est Christi dxxvi.

Est & ubi quadriennio Isidorus aberrat. Ut cum Isidori aram dlxxx. refert ad annum Justiniani xii. qui est annus Christi dxxxviii. Sic aram dlxxxiv. componit cum anno Justiniani xvi. id est cum anno Christi dxlii. Quatuor annis aræ initium anticipat. Alias triennio. Velut cum aram dcviii. accommodat ad annum Justinii 11. qui est Christi dlxxvii. In uno denique loco non περὶ χρονολογίας peccat; sed μεταχρονολογίας annorum novem. Siquidem annus Justiniani xxxviii. aræ imputatur dxcviii. At annus ille Justiniani cadit in annum Christi dlxxiv. Ita novem & viginti dumtaxat annis ara Hispanica anterior erit epocha Dionysiana. Quis ex eo non intelligit, quam inani firmamento nova illa Chronologia fulciatur? Nam vel errore Librarianorum numerales notæ, & ut Idatius loquitur, aræ commutate sunt. vel alios auctores in annis Imperatorum Romanorum, verumque gestarum statuendis adhibuit Isidorus: qui, ut fit, uno alteròque anno posteras ista, quam vulgaris est opinio, referrent. Sic annum, quo ab Alarico Roma capta est, Isidorus aræ imputat ccccxlvi. Arcadii & Honorii xv. Convenit igitur anno Christi ccccix. quem & firmare videtur Idatius; uti suo loco dicitur: quo ex auctore & hæc, & alia multa descripsit Isidorus. At ex communi, veriorique sententia, capta est Urbs anno Christi ccccx. ara ccccxlvi. Quocirca

Novæ Chronologiæ distinctio.

error.